



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XCVI. Die Knappen Gebrüder Crucemann treten dem Kloster Arendsee einen Antheil am Gericht zu Sannem mit gewissen Hebungen ab, am 18. October 1358.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

figilli munimine presencia fecimus Roborari. Datum Anno Domini Millefimo trecentefimo LVIII., in die Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, in Arneffe monasterio prenotato.

XCVI. Die Knappen Gebrüder Crucemann treten dem Kloster Arendsee einen Antheil am Gericht zu Sannem mit gewissen Hebungen ab, am 18. October 1358.

Omnibus presencia visuris vel audituris Henninghus et Buffo fratres, dicti Krutzemann, famuli, Cupimus fore notum per presentes lucide protestando, Nos vnanimi voluntate et pleno consensu nostrorum heredum necnon omnium illorum, quorum consensus fuerant requirendi, rite et racionabiliter vendidisse spiritualibus personis, domino Enghelberto in Arnse preposito, Alheydi priorisse totique conuentui ibidem, octauam partem Iudicii ville zanneme cum Agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis et rubetis, ac in curia prefecti ibidem tres modios filiginis, quinque quartalia auene soltwedelenfis mensure, et tres pullos pro quinque marcis argenti nobis plene persolutis, quolibet festo Beati Martini perpetuis temporibus infra muros Ciuitatis Soltwedel percipienda, nichil nobis aut nostris ex eisdem reseruantes. Volumus eciam predictis, videlicet preposito et dominabus, esse vera warandia atque iusta, donec proprietatem dictorum bonorum a principibus terre sibi valeant procurare. Testes prescriptorum sunt Honorabiles viri Dominus Guntzelinus, noue ciuitatis zoltwedel plebanus, Godekinus, Thidekinus, dicti hern hemens, et Cristianus de blekede. In horum omnium euidentis testimonium sigilla nostra vna cum sigillis henninghi de Schulenborch et Conradi Bodenstede, Anno domini M^o. CCC^o. LVIII^o., In die Beati luce ewangeliste, presentibus sunt appensa.

CXVII. Das Kloster Arendsee verkauft Leibrenten aus seinen Besizungen an Conuentualinnen, am 15. August 1360.

In nomine domini Amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur temporis cum processu, expedit, ea poni in linguis testium uel scripti memoria perhennari. Hinc est, quod nos Nycolaus prepositus, Alheydis priorissa totusque conuentus sanctimonialium monasterii sancti marie in Arneffe Recongnoscimus tenore presencium et publice protestamur, quod cum consensu amicorum nostrorum matura tamen deliberacione sanioris consilii prehabito vendidimus Alheydi et hyldegund, nostris consororibus, dictis svanen, dimidium chorum filiginis in villa ghentzin pro quinque marcis stendalgenfis argenti, In curia Johannis tylibbis, que prima habetur ad sinistram manum, cum itur de Arneffe in Ghentzyn, Singulis annis tempore pachtali tollendum